



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Nicolai Revsneri Ivrisconsvlti Hilaria, siue Evphronae
Pantheae**

Reusner, Nikolaus

Lavingae, 1581

VD16 R 1422

XXX. Modestino Reymanno Io. F. Ex Laërtio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12386

*Sed fati tamen hoc opus est fortasse benignum:
Nam iuuenis moritur, quem Deus æquus amat.*

XXIX.

Ad Henricum Stephanum.

Mors mea ne careat lacrymis, aut fletibus opto:

Atticus ille Solon sic moriturus ait.

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu

Faxit: sic mauult Ennius ipse mori.

Nec jubeo lacrymas mihi, nec veto soluere quen-

Ni pietas forsitan iusserit hoc, vel amor. (quam:

Aut non est opus hoc: aut non iuuat, ilicet aret

Lacryma: sic hæres quum bona captat iners:

Cen vultur præsentit edax, HENRICE, cada-

(uer:

Proximus hunc inhians vult spoliare nepos.

XXX.

Modestino Reymanno Io.F.

Ex Laërtio.

Vita quid est? homini misero dolor: atque beato

Lætitia: vtrique mortis expectatio.

XXXI.

Ad Somnum.

Somme meæ vitæ portus, rerumque voluptas:

O lucis simul, & noctis amice comes.

Quod